

iam in parte conatibus & commodis discipulorum deesset.  
Cumq; ascensionum tabula, ut à Regiomontano confecta  
sunt, in 60. gradum <sup>ἑξάματος τὸ πᾶν</sup> desinant: existimavi-  
mus, rem gratam nos facturos ijs, qui ad loca etiam terræ  
in Septentrionem magis remota, ut sunt tractus quidam  
Livonia, Suecia, Noruegia, & insula polo arctico vicina,  
partium Zodiaci <sup>ἀναφορᾶς</sup>, et quæ ex his colliguntur <sup>φαινόμενα &  
ἀποτελέσματα</sup>, investigare & ad usum transferre volue-  
rint. Itaq; ex Mathematici clariss. ERASMI Reinholdi  
canonibus (ut vocantur) Directionum, huc transstuli-  
mus tabulas ascensionum obliquarum, à 60. gradu eleva-  
tionis poli, usq; ad finem quadrantis: ut & in Borealibus  
illis regionibus, in quibus singulari Dei beneficio cum ac-  
censa luce Evangelij, honestarum artium ac disciplina-  
rum studia efflorescere ceperunt, uti his possent, qui vellent  
Operam dabit studiosa iuventus, ut cum cæteris philoso-  
phiæ partibus hanc etiam coniungat, quæ & ad cognoscen-  
dum est iucundissima, & plurimarum utilitatum fru-  
ctum præbet vitæ hominum.

Andreas Schato.